# Quæstio Medica.

Matutinis excutienda Disputatiōib. In Scholis medicorum Die Jovis 30. Januar. Clariss. Viro D.
Guillelmo de Baillou D. m. et modre prudentiss.



## Suntne Vertigines magnorum Morborum πρόδρομοι?

**Caput** (quod nullius principis actionis, sed oculorum gratia sublime natura in editissimo corporis fastigio collocavit vel in arce) duas potissimum partes absolvunt cranium, et cerebrum. Illud et κρανος, prohibendis externis injuriis, sensorium undiquaque communit: fuliginosis recrementis vaporandis, disparatis commissuris sponte dehiscit. Cerebrum duro cranii pariete, vel carcere latebris conclusum, quatuor sinubus excavatum praestantissimis partibus, et spiritus animalis officinis, in quibus omnis ardor decoquitur, ac eluitur, variis nervorum propaginibus sobolescens, partes subjunctas jugi favore perfovet, sensus motusque officiis aequabili sorte distributis. Et vel nulla est pars a morbis immunis, sed ita subeunt fatiliginis; quae nihil sacrum habet a quo abstineat, quaque particula eo suis, tum vitiis alienis infestatur: ita cranium ac cerebrum cum gentilitiis morbis, tum damnis aliunde acceptis, dolent. Omnis cranii et cerebri labor; vel ibi natus, vel aliunde accersitus, voce toti cognomini capitis πάθημα nuncupatur.

At morborum differentias tres annotamus totidem insignibus nominibus, partim ex doloris diuturnitate petitis, partim ex locali generatione, denique ex infringi principis actionis offensione notatis: hemicranicis pars dimidia indolescit, nunc dextra, nunc sinistra, modo superficie tenus, modo dolor in intimum caput subiens aut diuturnus subit, ac dolore in toto procurrente holocranici fiunt, hique cephalalgici nuncupantur. Catharroicos gravedo, coryza, epiphora, et id genus alia significant. Paraphoroci παράνοιαν indicantes vel nobilissimam eximiae facultatis actionem perimunt vel stultia, amentia, memoria abolita: aut conturbant obcaecantque, vel phrenitis, paraphora, melancholia, lycanthropia, manias. Cataphorici sunt affectus omnis sopore, corpus prosternentes, cujusmodi sunt carus, lethargus, ἔκπληξις, catoche, epilepsia et praenuntia utrumque, sicut et gravium scelerum vertigo.

**Cataphorici** sunt apoplexia et epilepsia, licet hae promiscuum quid habent. Nam qualitas cerebro inimica pelli vellicans dejicit δυσπαραχάρηλος frigidum et situm humorum authorum sui, et strumatamentum, eruat. Nec fiducia facit invasionis vel solutionis celeritas. Qualitas vel calcar requiritur. Apoplectici cita morte vel e caelo periculose casu, vel a cerebro, anticisque ventriculis est spiritus humore moto inaequalitate et tacto, vel a subditis partibus elatis in caput fumis, crudis vaporosis in sinubus admissis vio, vel occupata arce triumphant, et victoria effrenati statim in oculos dolosa captatione involant, quibus offusis, corpus nutat, et labat occaecatum. Omnis (cui una salus arteriotomia) meatibus liberis prono cursu spiritus ad [illegible] procurrunt: jam inter ectasis, non velut dilati, et exitum affectantes in orbem moventur, et caput contorquent.

**Vertiginum** aliae morbos deterrent, aliae antecedunt, aliae consequuntur. Criticae fiunt natura humorem noxium sursum moliente, materiaque circa crisis morborum longorum ad caput commeante. Elephantici procurata vertigine tipuarum (?) usu, hic apprime salutiferarum, in aliis morbos liberantur. Convalescentes a morbo, conclusi aeris taedio et per[illegible] liberique desiderio, agitatione corporis, et humorum, vertiginosi fiunt. Rerum volubilium, versatilium, profundarum, remotarum aspectus, gravium leviumque divenditur, ambulatio circularis, contracta quam longa, cum multis quam solitaria, laeva quam dextra, diuturna quam brevis, cita quam lenta, vertiginis potius est author. Stantes quam sedentes, curvo ventre pariter ac quiescentes, proceri quam breves, foeminae senesque quam pueri, inclinati in terram quam recti, potius vertiginis ruinam experiuntur, sed et animi ἀναγωγικὴ praecipua philosophiae cultrix hominem beare dum infoelicem reddit inde nata vertigine.

Ut vertigines inter morbos periculosos, et non periculosos ambigunt, ita perniciosis affines, in morbum attonitum et sacrum degenerant. Primaria cerebri intemperies, et obstructione quadam a pituita nata vertigo, pro copia materiae sinus cerebri obstruentis, alterutram affectionem infert. Ac vel hi tres affectus origine sunt affines, sic et curatione: misero fato sunt fidem: salutari auxilii sorte participant. Medicamenta e capite evocantia omnibus prosunt. Si a visceribus malum, vel fere fit, quae insurgunt in hi affectus fere vel et incubus, affligunt hypochondriacos quibus ob δυσκρασίαν λεῖοτον naturam est illiac, medicorum crux. Phlebotomia non infrequens talis, et in vertigine arteriotomia ἡγεμονικὸν est. Provotica, balnea, aquae naturales, pulmonicia (vel creditur) non inutiles. Est tamen ubi in morbo sacro amuletis locus est, teste alcis ungula. In eodem et et in vertigine quies defaecatiore cerebro sensus inest exquisitior (unde eius morbi facilis occasio) purgare necesse: cibi adiectio, et sensus retusio melior. Exacti sensus sua sane est, sed in sana merito reponitur. Denique si caput per se vertiginosum sit progressus earis et animi pathematis, vertiginem hanc excipit apoplexia lethalis. Morbus sacer et attonitus κατ' ἐξοχὴν magni dicuntur sive partis dignitatem, sive causae magnitudine et inanitatem symptomatum spectes: hinc sequitur maior ipsa fide perniciosior, et terribilis inaequalitas motus spiritus animalis ad terribiliores effectus proludit.

Ergo sunt Vertigines magnorum morborum πρόδρομοι.

Proponebat Hieronymus Taquet Parisinus. anno. 1597.

F.M.P. BIBL[illegible]

cette these est imprimée et se trouve dans le recueil des in 4o des theses de la faculté. tome I p. 120 no 3

Domini Doctores Disputaturi

| | | |
|---|---|---|
| m. Joannes Grouls | m. Georgius Cornuty. | m. Henricus blacuod. |
| m. Simon Pietre Prof. Reg. | m. Joannes le moyne. | m. Hugo Preuosteau. |
| m. Joannes Duret Prof. et med. Reg. | m. Stephanus Dufour Med. reg. | m. nicolaus Ellain. |